

seruare debemus. Nam cū dispositrices dñæ haic, uel fortunæ fuerint, natus in ualitudine magis durabit. Si autē cōtrariæ haic dñentur, aut sint infortunæ, eius ualitudo debilis apparebit & leuiter trāsibit. Res uero futuræ ualitudinis ex p̄prijs stellarū qualitātibus q̄ luminaria circūdāt sunt obseruādæ. Cū huius etem rei dispositio Saturnus fuerit, fortitudo ualitudinis in multitudine substātiæ, & in cōgregatiōe pecuniæ permanebit. Sed si Iupiter uel Venus extiterit, erit eius fortitudo in iocūditatibus & dominatiōibus atq; honorificētia & magnanimitate. Qd̄ si Mars fuerit, erit in dominio expeditionum, & in uictorijs, ac in suorum subditorum timore, & si Mercurius fuerit, erit in intellectu & disciplina ac rerum dispositione.

De magisterio nati, & eius opere. Cap. III.

Opus q̄ppe nati eiusq; magisteriū duobus modis p̄ Solē. s. cœlicq; medijs signū dignoscit. Nā stella q̄ de sub radijs Solis egressa mane modicū apparuerit, & q̄ in cœli medio fuerit. Propriæ autē sicut Luna iustitiam habuerit nobis obseruare necesse est, q̄ si hæc duo q̄ p̄dicta sunt in uno tm̄ planetarū inuenerim⁹ eū solū in his obseruabimus, Si autē alter⁹ eorū uni planetæ, alter⁹ uero nulli cōtingat, eū cui tm̄ alter⁹ cōtinget, obseruādū fore sancimus. At si idē planeta q̄ de sub radijs Solis egressus mane modicū appuerit, & in cœli medio fuerit, & alijs p̄ter ipsum Lunā aspexerit erit uterq; cōsiderandus. Illū autē q̄ secūdū multitudinē numerorū autoritatū p̄priæ dispositiōis uelut p̄missum est, alteri p̄ualebit, p̄mittemus. Si quē autē planetarum de sub Solis radijs egressum mane modicū apparere uel in cœli medio moueri nō inuenerimus, mediū cœli dñm accipiem⁹, p̄ter q̄ in tardis opibus hoc euenire manifestum est, cuiuscunq; etenim huiusmodi q̄litas fuerit, ociosus in maiori pte p̄manebit. Hæc uia est igit̄ q̄ ad cognitionē qualitātū stellarū quarū est opis ac magisterij dispositio, necnō earū q̄ ocium significāt puenimus. ¶ Qualitas autē opis & magisterij nō nisi ex triū stellarū p̄prietatibus q̄ sunt Mars & Venus & Mercurius, necnō ex signorū in q̄bus fuerint q̄litatibus dephēdētur. Nā si Mercurius autor opis & magisterij fuerit, nat⁹ erit baratator & cōputator atq; doctor, mercator etiā ac numulator, rerū cognitor & imolator, per stellarū q̄q; uires iudicabit & generalit̄ in librorū lectiōib⁹ ac eorū expositiōib⁹ uersabit, dabit etiā, & accipiet, q̄ si Saturn⁹ ei testificet̄ erit alienarū rerū dispositio, & somniorū int̄pres, uel i domibus dei occasiōe alicuius noticiæ seu diuinatiōis q̄ in eo erit cōmorabit̄. sed si Iupit̄ ei testificet̄, erit natus autor legis & sapiens, cū p̄bis etiā hominibus cōuersabit̄, q̄ si autoritas operis & magisterij fuerit Veneris ex odore florū & specierū, seu ex uino uel tinctiōe, aut pigmētis, uel ex his q̄ ad ornatū pertinet, se intromittet, uelut mercati species, & medicamina ac florū uariationes adornare, & cauponare seu texere, uel pigmēta mercari, aut pingere, & colores uariare uel seritexere. Et si Saturnus ei testificet̄, erit eius mercatio in superfluitatibus & mollitijs, eritq; deceptor atq; nigromātic⁹, & his similia. Sed si ei testificat̄ Iupiter, erit luctator, & coronarū cōpositor, erit etiā aptus diuitijs, & eius affluent diuitiæ mulierū occasione. At si Mars soli in figura